





cap. 7. tract. de causa materiali, & formali. Averia qu. 15. sect. 3. & 4. & alii passim; Hurtad. vero disp. 5. Physic. 3. & Amicus tr. 10. de causa materiali qu. 4. dub. 1. art. 3. est cum ceteris convenientiam quam ad communem causalitatem materię, & formę circa compositum, quod sit eorum unio ad invicem, & mutua communicatio, negat tamen, ejus ad materię circa formam consistere in unione, & informatione passiva, & asserunt, consistere in receptione actionis agentis, qua effectivè producitur forma ex materia, & est passio, idem sentit Jo. de S. Thom. q. 11. art. 7. Puen- tes 2. Phys. diff. 2. art. 1. concedit, formalem causalitatem materię, & formę circa compositum consistere in aliqua relatione, qua recipiant effectum suum, at non exprimit, quę, & qualis sit ista relatio, quod præsertim hic queritur, & circa causalitatem funda- mentalem sibi manifestè tradidit, inquit. n. nu. 7. causalitatem ipius materię, fundamentaliter loquendo, nihil esse præter causalitatem materię, & formę, & qualiter recipiens formam, & n. 8. alit, causalitates materię, & formę, fundamentaliter loquendo, nihil esse præter in- fluxum, seu formam in fieri totius. Schemma similiter 2. Phys. di- gressu 1. q. 2. & digestu 1. q. 2. postquam multos recitit dicendi mo- dos, & præsertim comminens, asserentem, quod unio sit causalitas formalis, qua materia causat formam, & e contra, & utraque compositum, tandem concludit, causalitatem materię in hoc consi- stere, quod sit subiectum, ex quo forma, & compositum suo mo- do pendet, & in fieri, & in facto esse, quod nemo negat, at non explicat formalitatem causalitatis materię circa formam, & utriusque circa compositum; subditi postea, causalitatem formę circa materię, & compositum non esse unione, sed potius in- formare, & componere, in quo consequenter non loquitur, nam activa informatio formę formalissimè nihil aliud est, quam ejus unio substantialis ad materię.

34 Est etiam dissensio inter varios Auctores, an sit eadem causalitas materię erga formam, & compositum, & an una, & eadem circa eandem formam, & tandem an eadem circa compositum in fieri, & in facto esse, Gab. 2. d. 1. q. 5. secutus Oclum qu. 3. distinguit duplicem causalitatem materię, alteram extrinsecam circa formam, alteram intrinsecam circa compositum, & multi sequuntur. Fonseca 5. Met. c. 2. q. 3. lect. 2. & q. 12. lect. 2. ad hoc circa ipsam formam duplicem distinguit materię causalitatem, unam uni- versalem per modum simplicis receptionis, & passivę informatio- nis, quam gerit materia erga quamlibet formam, etiam animam ratio- nalem, alteram particularem circa formas ex ejus potentia edu- ctas, & vocat sustentatio, id est dependentia a materia in fieri, & conservari. Suar. loc. cit. vult potius, eandem esse causalita- tem materię erga formam, & compositum, quę diversas denomi- nationes subeat, per eandem enim unione causat formam, & compositum, illam extrinsecè, hoc intrinsecè, vult etiam, cau- salitatem materię circa eandem formam geminari non debere, sed circa formam corruptibilem unam esse causalitatem, quę simul dicatur receptio, & sustentatio, in quo differat causalitas circa animam rationalem, quę dicitur tantum receptio, & non sustentatio, ex quo n. 16. concludit in materia non distingui ex natura rei nisi duas tantum causalitates, unam respectu rei in fieri, quę est generatio, alteram respectu rei in facto, quę est unio. Aver. loc. cit. convenit cum Suar. in duobus primis dictis, in tertio discrepat, contendit enim eandem esse causalitatem materię circa formam in fieri, & in facto esse, utriusque circa compositum, hujusmodi enim causalitates est unio, quę considerari potest quod ad primam omni- no esse eam, & ita dicitur causalitas in fieri, & in tempore se- quenti, & ita dicitur causalitas in facto esse, & quasi continuata.

Circa conditiones etiam utriusque causę est disputatio, quę, & quot sint; Alii enim requirunt existentiam veluti universalem conditionem cujuscumque causę, finali excepta. Alii quantita- tem, quam proinde ponunt materię coævam; aut certè illi im- mediatè inherenter. Alii sigillationem quandam materię com- munitur ad particularem effectum, id est ad particularem formam, & particularem compositum. Alii instantiam localem exigunt inter materię, & formam, ita necessariam, ut necesse a Deo suppleri possit. Alii proportionem inter subiectum, & formam, cuius defectu non potest intellectus recipi in lapide. Alii demum conditiones alias assignant, aut superfluas, aut solam ex communi cursu naturę necessarias, aut a ratione causandi non distinctas.

ARTICULUS I.

Declarantur causalitates materię, & formę in ordine ad se invicem.

35 Dicimus. Et si causalitas formę erga materię consistat in unione ejus ad materię, seu activę, informatione, & actualione, causalitas tamen materię erga formam corruptibilem, quę solum causatur ab ea, in unione ad eam, aut illius simplicis receptione, consistere nequit neque in receptione actionis agentis, quę producitur forma, sed in concursu educitivo explicato per habitu- dinem ex quo aliud, scilicet forma, tamquam ex subiecto educitur. Concl. est contra præcitos Auctores, & colligitur ex Doctore in 2. d. 5. q. 1. lit. S. & d. 17. q. 1. infra B. quibus in locis multos enumerat respectus ad mutationem naturalem, & compositum constitutionem concurrentes, & ex illis multis, hanc solum respectum educationis intrinsecis advenientem significat esse causalitatem materię erga

formam; respectu verò informationis activę insinuat esse causalita- tem formę erga materię, quantum ad illud esse specificum, & com- pletum, quod extrinsecè ab ea recipit. Prob. vero Concl. quia ad omnes ejus partes, & in primis, quod causalitas formę erga ma- terię quantum ad illud esse formatum, & specificum consistit in activa informatione, seu unione ejus ad materię, conceditur ab omnibus, & planè negari non potest, quia illa est formalis cau- sitas alienius causę, quę postea, post effectus, & causę denomi- nator formaliter, & actualiter causę, at talis est informatio, & actualitè ex parte formę in ordine ad materię, quatenus actuali- tam ab ea, seu quantum ad illud esse formatum, & completum, quod ab ea recipit, ergo in hac consistit formalis ejus causalitas, ma- jor patet, & probatur minor, quia postea hac unione formę ad ma- terię per modum formę in subiecto, statim habetur denominatio illa in subiecto, & forma procedens juxta ejus naturam, quocumque alio seculo, & ipsa seculis, quocumque alio positio, non habetur. Quod autem causalitas materię erga formam corruptibilem ne- queat consistere in unione ejus ad illam per modum simplicis recep- tionis, & passivę informationis, probatur. Tum quia causalitas, per quam materia causat formam, est vera causalitas, & for- ma versus effectus ejus, ac proinde importat juxta Scoti principia respectum intrinsecis advenientem, at unio materię ad formam est respectus extrinsecis advenientem spectans ad prædicamentum ha- bitus, vel ad prædicamentum passionis, ut infra dicemus. Tum quia ex vi causalitatis effectus dicitur recipere esse factum in ratio- ne formę denominantis, at ex vi unionis nullum extremorum dicitur produci, & recipere esse, sed potius supponuntur ante unione existentia, & per unione in intelligitur recipere esse unitum. Tum quia recipiens in eo, quod recipiens, non dat esse recepto, sed potius ex vi talis receptionis formę in materia non potest dæi forma effectus ejus. Tum quia etiam anima rationalis verè in materia recipitur, verè materia illi unitur, & ab ea informatur, non propterea ab ea verè causatur per talem receptionem, & per talem unione.

36 Resp. Suar. loc. cit. & alii cum ipso, causalitatem materię circa formam corruptibilem consistere non in aliquo quocumque unione, sed in unione sustentativa, quę est diversę rationis ab unione cum anima rationali, putat enim in formis corruptibilibus receptionem earum in materia esse formaliter ipsam sustentationem, & po- tentiam receptivam earum in materia non distingui ex natura rei à sustentativa.

Sed hoc principium Suar. fusc. confutavimus disp. 9. s. art. 4. ubi ostendimus, potentiam receptivam materię in ordine ad formas cor- ruptibiles esse ex natura rei distinctam à sustentativa, & pariter mo- dum receptionis à modo sustentationis, & iterum q. 7. eisdem disp. art. 3. in fine, & quando etiam concederemus, modum unionis non esse specificè distinctum à sustentatione, sed tantum se habere ut re- sultationem generatam, ex qua cum dependentia constituitur species tantum unionis in formativę, quę dicitur substantialis inherens, vel sustentatio, & cum independentia constituitur simplex receptio, qualis est formatio anime, ut Suarez contendit, adhuc non redè explicatur causalitas materię erga formam per receptionem, & unione, quia unio, & receptio secundum suam rationem formalem à sustentatione præciscunt, quare melius loquuntur, qui causalitatem materię erga formam explicant per sustentationem. Quamvis nec ipsi absolute benè loquantur. Tum quia sustentatio absolute sumpta est communis tam causę materiali, quam efficientis, & in utroque genere exerceri potest; nam modo de facto in sacramento Altaris quantitas sustentatur à Deo in genere causę efficientis, & ita acci- dens assumetur a Verbo, sustentaretur ab ipso absque receptione. Tum quia, ut vocat Scot. 3. 1. q. 1. sub A. respectus sustentati ad sustentans ex vi docebatur non dicitur proprie ordinem causati ad causam, Verbum enim occidit humanam sustentare naturam; & tamen nullum esse in eam insuit. Tum præterea quia sustentatio si significat dependentiam causati à causa, ut mo. o. communiter est in usu, potius significare videtur dependentiam formę a materia in facto esse, non in fieri; cum nomen sustentationis pertinet ad rei conservacionem, non actionem.

37 Nec etiam redè hanc dependentiam formę in fieri explicat Suar. per generationem. Tum quia ex Philo. 5. Met. 20. & ex com- muni modo loquendi generatio sumpta pro causalitate pertinet ad agens, non ad materię, & in potentia activę agentis funda- tur, non in passiva materię. Tum quia generatio proprie est compositi, non formę, 1. Phys. 64. & ideo hujusmodi causalitas ex parte materię, non consideretur cum causalitate agentis, consue- vit à Philosophis vocari educitio formę ex materia, non autem ge- neratio.

Quod nec etiam consistere possit in receptione actionis, quę effec- tive producitur forma, & pertinet ad prædicamentum passionis, ut alerebant Hurtad. & Amicus; probatur. Tum quia causalitas materię erga formam, ut dicebamus, est vera causalitas, & res- pectus intrinsecis adveniens, at passio est respectus extrinsecis adveniens. Tum quia causam per suam causalitatem refertur ad effec- tum, at materia, ut recipit advenientem agens; & ut ab eo patitur, non refertur ad formam, sed ad agens directè; & in tali passione non consistit ejus causalitas. Tum quia per hanc receptionem actionis agentis potius explicatur dependentia ipsius actionis materialis à materia, quam formę per eam producitur. Tum quia etiam per hanc actionem in materia receptam explicatur etiam dependentia formę

formę à materia concomitante, directè tamen explicatur dependē- tia ejus ab agente materiali, & non à materia, non enim aliter explicari potest dependentia formę a materiali agente, quæ per hoc, quod ab eo procedat per actionem in materia receptam. Tum tandem quia ad hoc procedat per actionem in materia receptam, adhuc remanet for- tante unio passionis simul cum actione agentis, adhuc remanet forma cum dependentia à materia, & materia adhuc dicitur causata materia in ordine ad formam per passionem. 38 Remanet igitur, quod causalitas materię formaliter consi- stat in concursu educitivo materię ad existentiam formę, qui ex- plicatur per habitudinem, ex quo aliud, tamquam ex subiecto, fit, vel educitur. Tum quia per talem habitudinem, quasi semper significavit Philosophos materię causalitatem, dehiendo materia 5. Phys. 6. & Met. materia est, ex quo fit aliquid. Tum quia particula ex melius indicat prioritatem naturę causę materialis ad existentiam formę, quam particula in, quia etiam anima rationalis dicitur esse in materia, non tamen ex materia. Tum quia ex opposito si causam materialiter ex parte formę non est uniri mate- rię, non est generari, quia sic refertur ad causam efficientem, non est causari per actionem in materia receptam, quia sic etiam refertur ad generans, sed est dependere ab eo, ut ex subiecto, ergo causam materialiter dicitur illam habitudinem, ex quo aliud sicut ex subiecto. Tum quia illo convenienter explicatur causalitas, respectu causati, quod formaliter intelligimus, absolutum causę influere esse in absolute causati, & virtute ejus necesse intelligi absolute causati, quia ipsa intelligitur tamquam natura præcedens absolute causati, sed respectu illo, ex quo tamquam ex subiecto forma educitur, verè intelligimus subiectum influere esse in formam, & ex vi illius educationis implicat intelligere absolute formę, quin præteligatur tamquam natura prius absolute subiecto, ergo &c. Tum tandem, quia etiam fit in mutatione naturali, & constitutio- nem compositi omnes illi respectus intervenient, in quibus stantebant alii causalitatem materię erga formam, nimirum respectus unio- nis materię ad formam, seu passivę informationis, respectus recep- tionis actionis agentis, & multi alii, quos Doctor adamussum e- numerat a. d. 1. q. 5. Non tamen in hoc, vel illo promiscuè ponenda est formalitas materialis causalitatis, sed investigare debemus, qui- nam illorum à nobis concipiatur, ut via ad esse formę, & per quem directè respiciat subiectum, ac dupliciter intelligi potest ad subie- ctum referri, vel ut inducta in illud, vel ut educata ab ipso, & in hoc secundo loco, ut ad effectum referatur ad subiectum, ut ad prius naturę, à quo accipit esse, ergo in hoc solo respectu consistit materialis causalitas erga formam.

39 Sed contra hanc Concl. obijciunt. Primò; quod non benè ex- plicatur causalitas formę erga materię per respectum unionis si- ve activę informationis, quia causalitas dicitur respectum intrinsecis advenientem, at informatio activa respectum dicit extrinsecis advenientem, ergo in tali respectu causalitas formę consistere ne- que, vel in respectu opposito poterit etiam consistere causalitas materię erga formam nimirum in passiva informatione, & recep- tione.

Resp. causam referri posse, & ad effectum productum, & ad subiectum, in quo producit illum, nam & subiectum dicitur cau- sari tunc in tali esse extrinsecis, quod recipit à forma in ipso produ- cta, ut ignis referri potest ad calorem, quem producit, & ad a- quam, quam calefacit, quę in esse calidi dicitur ab igne produci; Prima ratio veram importat causalitatem, quę terminus ejus re- cipit esse intrinsecum per eam, & ideo est intrinsecis adveniens; secunda relatio non importat causalitatem propriam, quia subie- ctum formam recipiens, recipit esse extrinsecum ab ea, non au- tem intrinsecum, & primùm, & ideo est relatio extrinsecis adven- iens. In proposito causalitas materię erga formam est vera, & propria causalitas, quia in genere materialis causę dat illi esse primùm, & intrinsecum, & ideo est relatio intrinsecis adveniens, sed non ita forma causat materię in suo esse primò, & intrinsecis, sed tantum illi tribuit esse extrinsecum, & adventitium, & ideo ejus causalitas sicut non est vera causalitas, ita importat solum res- pectum extrinsecis advenientem.

40 Secundo obijciunt, quod causalitas materię erga formam benè explicetur per unione, & receptionem, præsertim si in facto esse consideretur, & per generationem, si in fieri. Tum auctori- tate Philosophi, qui pluribus in locis per habitudinem in, & recep- tionem explicat materię causalitatem in formam, quod etiam fecit Scot. 1. d. 2. qu. 7. S. & 4. d. 12. qu. 1. E. & qu. 4. infra H. ubi ait, quod causalitas subiecti est receptio formę, & quod agens na- turale requirit passum, ut concussum, & hoc in ratione recipien- tis pro causa materiali, & hoc est, inquantum informat ipsum, & non inquantum sustentatur ab ipso, quod etiam repetit d. 1. q. 4. in- fra, A. Tum secundo præsertim in facto esse melius explicari non potest, quam per unione, nam forma non conservatur in mate- rię, nisi mediante unione, & forma dependet à materia transcon- tione educatione, sola remanente unione, & adhuc melius explicatur materię causalitas per unione, si hęc unio per modum sustentationis significatur, quia sustentatio ex vi nominis dicitur, & indigen- tiam naturalem subiecti ad ipsam formam. Tum denique benè ex- plicatur in fieri per generationem, quia materia per generationem concurret ad educationem formę, non ut ipsa est ab agente, sed ut recipitur in materia, sed causalitas est concursus ejus, ergo cau- salitas, & Bellati Tom. II. Physica.

salitas ejus erga formam in fieri erit generatio; Accedit, quod cau- sari rem in fieri, est, rem in fieri à tali causa pendere, vel fieri ab ea, at fieri formę ex materia est generatio formę ab ea.

Resp. quod si habitudo in quo explicetur, ut nos explicavimus disp. 2. qu. 7. art. 2. quod scilicet sit talis habitudo formę ab subie- ctum, ut necessario petat in eo fieri, & conservari ex lua intrinse- ca indigentia, sic per habitudinem, in quo optime explicatur mate- rię causalitas, & in hoc sensu per receptionem significatur Ar- rist. & Scotus causalitatem materię in formam, non autem acci- piendo receptionem pro simplici informatione, vel unione, quia hæc etiam reperitur inter animam, & corpus; explicat verò se- pius causalitatem subiecti in ordine ad accidens per habitudinem in, & non ex, ut insinuat, accidens non habere materię in ex- qua, ut compositum, sed tantum in qua, cum verò Scot. 3. d. 1. qu. 1. expresse, accidens habere subiectum pro causa materiali, inquantum informat ipsum, & non inquantum sustentatur, id est intelligendum cum præcissione, ut ipse interius se explicat d. 1. qu. 4. sub A. nam per sustentationem præcisse sumptam verissimum est, non explicari causalitatem materialem præcisa unione, vel receptio- nem, nam utraque ad causalitatem materialem constituendam ne- cessario existit, ut dicitur etiam cit.

Ad secundam, ex eo, quod forma conservetur in materia me- diante unione, non sequitur, materialem causalitatem etiam in facto esse benè explicari per unione, vel in ea formaliter consi- stere, sed unione necesse comitari causalitatem materialem, nec etiam benè explicatur per unione nomine sustentationis ap- pellatam nam solum est, sustentationem ex vi nominis significare dependentiam causati à causa, aut saltem dependentiam formę ad subiecto, quia potest etiam exerceri in genere causę efficientis. Et quamvis educitio transeat quo ad connotatum rationis, remanet tamen quoad principale significatum, quod importat dependen- tiam essentiali formę à materia, ratione cuius semper verum est dicere, formam esse educitā de potentia materię; Ad tertiam dicimus, generationem esse influxum efficientis, & educitio- nis formam, non subiecti, ex quo educitur, qua ratione negatur etiam, quod à fieri formę ex materia fit generari ab ea, est enim potius educi ex ea.

41 Tertio obijciunt, quod causalitas materię erga formam expli- cari debeat per receptionem actionis ab agente, quę producitur forma. Tum quia concursus causę passivę, ut est materia, est pati ab agente, & pati non est aliud quam actionem recipere. Tum 2. quia educitio nequit intelligi sine habitudine subiecti ad agens, ex ipso formam educens, ergo si causalitas materię in educatione consistit, ipsam offendit consistere in receptione actionis, per quam forma educitur; Tum 3. quia, in hoc distinguitur receptio anime rationalis in materia, & formę corruptibilis, quod actio, per quam recipitur anima rationalis, est independentis à materia, ista vero dependens.

Resp. concursum materię dicit passivum, etiam præcise ordine ad agens, unde si forma possit se ipsam uniri materię, adhuc concursus ejus est passivus, quia est per modum receptionis, & susten- tationis. Ad 2. ex parte formę, utiq; considerari possunt respectus edu- ctivi ad agens educens, & ad subiectum, ex quo educit, est præcise- tendo hunc respectum ab illo, uti in mutatione contingit ubi consi- deratur respectus informationis, educationis formę, sed respectu ad agens. Ad 3. distingui etiam potest receptio anime in materia, & aliarum formarum absque recursum ad agens ex solo concursu subie- cti; nam receptio anime est sine dependentia ab eo, receptio aliarum formarum cum dependentia.

Quarto obijciunt, quod causalitas materię non consistat in illa habitudine, ex quo aliud educitur, tamquam ex subiecto; nam ita sequeretur, formam esse causam sui ipsius, illud namque dicitur causa alterius, quod est principium causalitatis, quia res causatur, sed hæc habitudo, ex quo aliud, pendet à materia, & forma, ut ab extremis suis, ergo si forma pendet ab hac habitudine, ut cau- salitate, pendebit à se ipsa, ut causa.

Resp. argumentum hoc argere non universaliter, quod causalitas ne- queat consistere in relatione prædicamentali, quia tunc effectus su- per principium sui ipsius, cum ponatur principium causalitatis, sua dicitur accipere esse. Urget etiam contra. Recentiores, statuentes causalitatem materię in unione, quę etiam a forma dependet, cum existere nequeat in rerum natura, ex vi solius causę receptivę, qua- propter dicimus, causalitatem, quę in causa resistit, & eam denomi- nat formaliter causantem, non dependere ab effectu, ut a causa, sed ut à conditione sine qua non, quia relatio solum à fundamento pendet, ut a causa termino vero sicut à conditione sine qua non, ut diximus in Log. disp. 8. q. 3. art. 2. ad 3. principale.

ARTICULUS II.

Explicantur causalitates materię, & formę erga compositum.

42 Dicimus primò. Causalitatem materię, & formę erga com- positum non consistere in substantiali earum unione ad in- vicem, seu in mutua communicatione per modum receptionis ex parte materię, & educationis ex parte formę, sed in relationibus cau- sarum, ut principiatum, & componentium ad compositum, ut prin- cipiatum, & constitutum à nobis explicatur per habitudines, ex qui- bus aliud componitur, tamquam ex partibus actuali, & potenti ali.











ARTICULUS I.

Resolutio quaest. de formis subordinatis.

Dicendum est, plures formas substantiales subordinatas posse simul informare eandem numero materiam, & ita de facto contingere naturaliter in compositis animatis. Concluf. est Scot. loc. cit. quem sequuntur omnes Auctores citati disp. q. 4. art. 2. & est ita evidens, ut quavis omnes Patres Societatis unanimitur possumus defendere solent, hac tempestate incipiunt nostram sequi sententiam, quam egregie defendit Pater Coninch. de Sacram. quest. 76. art. 2. & Pater Dandinus 2. de Anim. tex. 11. digress. 8. part. 3. restatur, esse peripateticam sententiam, & quia ibi satis fuisse probata est, hic solim ostendemus, formas substantiales talem subordinationem non repugnant, immo de facto in ipsis reperiri. & Primo probari potest hac subordinationem forme mixti ad animam ex definitione ipsius tradita ab Aristot. 2. de Anim. text. 6. Anima est actus corporis physici, organici, ex quo deducitur, animam esse perfectionem corporis, & non immediatam materiam primam, & materiam primam per formam mixti precedentem dispo. & preparari ad animam receptionem.

Deinde probatur; Nam priusquam anima corpori infundatur, ipsum debet esse organizatum, ut omnes concedunt, at illa organizatio non est in pura materia prima, sed in composito, quod dicitur Embrio, in quo postea tanquam in proprio, & adequato perfectibili anima infusa recipitur, ergo forma Embriosis subordinatur animae veluti praevia dispositio, quia materiam primam disponit, & proportionatum perfectibile constituit.

Respondent, formam Embriosis expelli formaliter per animam introducam, cui formaliter repugnat. Sed contra, quia forma nra non expellit aliam, nisi quia ei contrariatur, ut patet in formis accidentalibus, sed forma substantiales non contrariantur sibi mutuo, nisi ratione dispositionum, quas requirunt, & qualitate, quas fecum deserunt, ergo si anima expellit formam embriosis, hoc erit ratione dispositionum, quas ad sui introductionem requirit, sed hoc esse non potest, quia eadem penitus qualitates embriosis conservant, & perficiunt, ac materiam disponunt ad animam introductionem. Deinde etiam forma embriosis in adventu animae expelleretur, quamvis non foret tunc dispositio ad animam introductionem in ratione receptivi, esset tamen praevia dispositio in eo sensu, quo nos ponere solemus qualitates praevias dispositiones ad introductionem formae, etiam ponimus illas corrupti in adventu formae substantialis, ergo saltem evitare nequeunt, quod in hoc sensu una forma substantialis non fit de facto praevia dispositio ad aliam formam substantialem. Denique hanc concl. tenent, quicunque asserunt, tres animas in homine formaliter reperiri, dicunt enim unam esse alteri subordinatam, ut rationem recipientem aliam, non enim rationalis recipitur in corpore, nisi prius adaptato per sensitivam, nec sensitiva recipitur in eo, nisi prius adaptato per vegetativam.

59. Contra hanc Concl. praeter rationes, quae directae faciunt contra formam corporitatis, relatas disp. 2. cit. sunt aliae, quae directae faciunt contra hanc subordinationem formarum in eadem materia, & ac proinde tunc hic solvenda. Primo igitur objicitur, quod unius entis esse unicum esse, ergo unica forma, quia forma dat esse, ergo in eodem composito non sunt plures formae subordinatae.

Resp. Scotus loc. cit. pluralitatem formarum subordinatarum non obitare unitati compositi, sufficit enim ad hanc unitatem, ut tantum una fit forma ultima, & completa, quae solutio est Philosophi 4. Meteor. in fine ubi dicit, solam ultimam formam esse absolutam formam, & adunam, intermedias autem esse etiam materias. Contra objicit 7. Metaph. cap. de unitate definitionis ait Philosoph. quod in substantiis non est ordo, ergo una forma substantialis non ordinatur ad aliam. Resp. negan. conseq. solum enim ibi ait Philosoph. ut notat Basilius 2. dist. 17. quae 1. ad 3. quod adde- re priorem differentiam posteriori, ut dicendo, homo est animal rationale, sensitivum, in definitione substantialis non est ordo, sed potius nugatio, & deordinatio. Contra respon. Scot. objicit Cajet. part. 1. quae 76. art. 4. hinc sequi, quod una res absoluta, & simpliciter sit, & adhuc fiat, sit per primam formam, quae substantialis est, ac proinde dat esse simpliciter, & fiat simpliciter etiam per adventum, nam & haec est forma substantialis. Resp. non esse inconveniens, eandem rem esse simpliciter, sed incompletam per formam precedentem, & fieri, simpliciter completam per ultimam, & si per esse absolute, & simpliciter intelligit ultimum esse non amplius substantialem perfectibile, negatur, quod res sit simpliciter, & absolute per formam precedentem. Contra, replicat Cajet, quod Scotus abuteretur terminis, quia apud Philosoph. simpliciter significat sine addito, unde quod simpliciter est apud Philosophos, habet suam complementum substantialem. Respond. Doctor ipse, etiam apud Aristot. 1. de Gener. 12. lumen simpliciter, & pro omni entitate, cuius oppositum, scilicet non esse simpliciter, est purum nihil, & prout opponitur enti secundum quid, quod sensu unius forma substantialis est ens simpliciter, & in hoc sensu plura esse simpliciter in eodem composito esse possunt.

60. Secundo, sequeretur, quod forma substantialis daret esse accidentale, quia adveniret enti in actu, & ita a forma accidentali non distingueretur. Resp. Scot. cit. esse, quod adveniret enti in actu completo per ultimam formam, est esse accidentale, quia iam tota rei essentia constituta est, unde aliud essentialiter ad ipsam pertinens addi non potest, sed quod adveniret enti in actu incompleto quod adhuc substantialem per se potest, non est accidens, sed ultima forma. Contra 5. Phys. text. 8. quod movetur, est, quod generatur, non est, sed educio ultimae formae est generatio, ergo id, ex quo educitur, vel in quo inducitur, non est simpliciter, alioquin haberet esse, sicut & illud, quod movetur. Resp. Doctor, sensum illius propositionis assumptae a Philosopho esse, quod subiectum generationis necessario caret esse simpliciter completo, eo quod substantialem per se potest, quod non caret necessario id, quod movetur, vel alteratur, cum non peccat substantialem per se, quatenus est subiectum motus, vel alterationis.

Sed iterum contra, aliam resp. objicit Hurtad. §. 30. materia cum illa forma est ens completum, ergo forma sublegetur dat esse accidentale, & constituitur ens per accidens. Sublegetur autem, quia quavis forma, cum sit individua, pertinet ad physicam speciem aethera, ergo constituitur speciem completam; Tum quia materia, & actus eiusdem generis; Tum quia neque lapsus, nec inanimata essent species completa; Tum tandem quia nihil deficit illi formae, ut non sit actus speciei completae, sicut est forma lapidis, praesertim, cum sit nobilior, & perfectior illa. Resp. negan. assumptum. Ad probat. negatur conseq. cum suis probationibus, quia materia, & actus eiusdem generis reductivi non constituntur speciem completam, nisi fit actus ultimus, & completus; lapis vero, & inanimata sunt species completae, quia eorum forma sunt ultimae, & completae, non ordinabiles ad ulteriores actum in eodem genere; & haec ultimitas est illa, quae deficit formae embriosis, v. gr. ut non sit actus speciei completae, sicut est forma lapidis, nec oportet, ait Basilius. cit. ad secundam formam perfectiorem dare esse magis completum nisi in formis ultimis, sed tantum esse perfectius.

61. Tertio, repugnat, unam formam substantialem esse dispositionem ad susceptionem alterius, & aptam esse ad aliam suscipiendam; Tum quia tunc forma esset materia, & materia posset informare aliam materiam, quod est confundere munera actus, & potentiae substantialis; Tum secundo, quia hoc modo pracluditur via refellendi opinionem ponentem formam corporitatis materiae coaevam, & tres animas formaliter in homine, dicent enim illi, formam corporitatis subordinari omnibus formis, & unam animam alteri; Tum tandem quia de ratione formae substantialis est, ut constituat rem in esse certo, & determinato, perfecto, & completo, & propterea dicitur quodquid est rei, ergo repugnat sibi esse alteri subordinatam, quia tunc daret esse imperfectum, & incompletum.

Resp. negando assumptum, videmus enim formam embriosis disponere materiam ad susceptionem animae. Ad primam probat. dicimus, non esse inconveniens, eandem formam substantialem esse formam illi subiecti, & recipere aliam formam sicut in accidentalibus, quantitas est forma substantialis, & subiectum qualitatis; neque ob id confundunt munera materiae, & formae; minus enim materiae primae est, ut sit principium primum patienti, esse primum subiectum, quod minus nunquam potest competere formae, & minus ultima forma in aliquo ordine est, ut non sit subiectum alterius formae in eodem ordine, quod materiae primae convenire nequit, materia enim prima non potest esse forma alterius subiecti, bene tamen dari potest forma veluti media, quod fit subiectum alterius formae, & simul fit forma illi subiecti prioris iuxta doctrinam Philosophi relata 4. Meteor. in fine. Ad secundam negatur, pracludi viam refellendi illas opin. licet enim ex hoc capite non pracludatur, pracluditur tamen ex aliis, quia scilicet forma corporitatis in non viventibus supervacanea est, ut fuisse probatum est disp. 2. cit. & vegetativa, ac sensitiva superfluae ponuntur in homine; cum virtualiter contineantur in intellectu, ut dicitur in lib. de Anima, quod dici nequit de forma mixti respectu animae. Ad tertiam negatur, esse de ratione formae substantialis in communi, quod constituat rem statim in esse perfecto, & ultimo, sed de ratione illius est, quod det constituto esse simpliciter, ut esse simpliciter contradistinguitur ab esse secundum quid, quod a forma accidentali tribuitur, ut Scot. docet 4. dist. 1. quae 3. Dd. quando vero communiter dicitur, formam esse quodquid est rei, & illam complete constitutur, & specifice ab alia re distinguitur; hoc intelligi debet de forma ultima, quae sola absoluta est forma, & forma nuncupatur, intermedia enim, & subordinatae dicuntur, potius materiae ex Aristot. cit. 4. Meteor. & de hinc formae, quod sit quodquid est rei, licet per se primo commode applicari etiam illis formis subordinatis, quae etiam dant esse simpliciter, & per se, licet non ultimam, & perfectum, vide dicta disp. 2. quae 1. art. 3.

62. Quarto arguitur; Tum quia materia, & forma sic ad invicem ordinantur, & unica materia ad unam ordinatur formam, ergo plures recipere non potest; Tum secundo, quia forma mixti non haec cum materia, li in ea praecedat animam unam ens completum, alioquin non posset materia rursus actuari per animam, ergo abeunte anima non potest materia manere naturaliter cum sola illa forma, sicut non potest manere sine ulla prioris forma, ratione suae incompletionis; Tum tandem quia quando a diversis formis sumitur praedicatio, vel est praedicatio per accidens, ut potest si for-

si formae non sunt per se ordinatae, ut homo est albus, vel si formae sunt per se ordinatae, est praedicatio per se secundo modo, ut superfluum est coloratum, ergo si genus accipitur ab una forma, & species ab alia, quod oportet dicere, ponendo plures formas in homine, sequitur, quod praedicatio generis de homine non erit praedicatio per se primo modo.

Resp. ad primam unicam materiam immediatam recipere formam, quae si incompleta fit ad perfectionem ordinari potest, & si ipsa non dimittat, sed retenta qua praevia dispositione, potest materia aliam suscipere formam. Ad secundam licet forma corporitatis non faciat quod materiam immediatam recipere formam, quae si incompleta fit ad perfectionem ordinari potest, quae ultra adum extrahitur, quem de se habet, constituitur eam in actu formali, & ideo abeunte anima, bene potest manere materia naturaliter cum sola illa forma, quia non remanet in rerum natura materia pura, sed constitutum ex materia, & mixtionis forma, & quidem longe diversae est conditio materiae mixtae, & constituti ex materia, & forma mixtionis, materia enim nuda est pura potentia omnino subiectiva, excludens quemcumque actum formalem, & ideo naturae viribus per se consistere non potest, cum ordinata sit, ut semper sit cum forma: illud vero, quod ex materia, & forma mixtionis constitutum est, quamvis dum ordinatur ad animam, habeat rationem materiae, re tamen vera non est materia sola, sed compositum, & ideo recedente anima per se consistere potest. Ex qua doctrina solvitur inflantia, quae a quibusdam fieri solet contra id, quod diximus de necessitate naturalium connexionum materiae cum forma disp. 2. quae 3. art. 1. quod nempe aliquo modo oriatur ex incompletione materiae; ex hoc enim deducunt eadem ratione, neque corpus pro alia parte animata compositi posse naturaliter anima exui, vel si hoc fieri potest, etiam & illud, nempe materia sine forma, non est enim par ratio de materia, & corpore pro altera compositi parte, ut etiam dicimus in lib. de Gener. disp. 5. quae 3. art. 1. num. 8. Ad tertium ait Doctor, per hoc non probari, nisi quod praedicatum acceptum a forma posteriori non dicitur per se de praedicato sumpto a forma priori, licet haec non est per se, homo est albus, & animal est homo, quia una haec formam non includit aliam, non sequitur tamen, quod genus per se non praedicatur de specie, quia haec, est importet praedicatum sumptum a posteriori forma includit differentiam, non tamen praeside illud, sed etiam genus includit.

63. Quinto tandem objicitur quaedam axiomata philosophica, quibus praesertim Suarez, & alii induti sunt ad negandam pluralitatem formarum in composito. 1. de Gener. cap. 3. inquit Philosoph. quod generatio unius est corruptio alterius, & contra, ergo in adventu animae corruptio formae embriosis, & cum corruptio animalis, haec generatur cadaver, & 1. de Gener. text. 23. ait, quod generatio est mutatio totius in totum nullo sensibili manente ut subiecto eodem, in quo differt ab alteratione, quod cum generatur animalium, nullum sensibile, quod praesit, manet & idem dicendum, quando corruptum.

Resp. primum axioma Aristot. esse verum, vel mediate, vel immediate, ut notat Tatar. 1. de Gener. tra. 4. quae 1. not. 4. in animatis verum est immediate, in animatis mediate, ut enim notat Cavellus disp. 1. de Anim. sec. 4. Aristot. hanc maximam inducit ad probandum aeternitatem generationum sine infinita materia, unde sufficit sibi, quod ad quancumque corruptionem generationem saltem mediate generatio, & ad quancumque generationem praecedat saltem mediate corruptio, & utroque habetur sine generatione cadaveris in interitu animalis, & sine corruptione embriosis in eufusioem, sic enim nunquam cessabit generatio, & sufficit finita materia, quod solim intendit Pilof. Vel 2. dicitur cum Tromb. 8. Metaph. quae 2. art. ultim. ad 5. & Basilius. cit. ad 1. principale, valere Aristot. dictum de corruptione, & generatione totali, non partiali; vel quod corruptio unius est generatio alterius, aut in fieri, aut in facto esse, & ita nihil corruptum generatur, ut in fieri, vel in facto esse, quae responso colligitur ex Scoto 4. dist. 4. quae 3. sub Hb. Vel 3. dicitur cum Mercenario, & Zab. in generatione animalis embriosis corruptum secundum quid, & in eadem interitu generari cadaver secundum quid, quatenus scilicet a veniente anima, forma embriosis non amplius fungitur officio formae, sed potius materiae, & anima recedente, incipit de novo fungi officio formae, & in hoc sensu solim verificatur haec propositio in animatis. Vel denum cum Ragus. Resp. Aristot. illud dixisse, ut ostenderet, materiam nunquam reperiri nudam, quare generatio subsequens semper est necessaria, quod tunc quatenus imminet periculum, ne materia maneat sine forma, quod periculum non adest in animalis interitu, cum remaneat materia sub forma mixti. Quod autem non sit vera universaliter illa propositio, patet in accidentalibus multis, quorum generationem nulla comitatur corruptio, nec corruptionem generatio, eufusioem dicitur lumen in aere, species in medio &c. de quo agimus disp. 5. de Gener. & Corrupt. num. 103.

Ad aliud axioma, generatio est mutatio totius in totum &c. dicitur cum Tatar. cit. dub. 1. Philosoph. ibi loquitur de sensibili completo, aut de generatione inanimatorum, quorum tantum exempla ibi afferunt. Vel dicendum est, Philosophum intelligere velle, quod in nulla substantia generatione potest idem remanere commune subiectum utriusque formae; scilicet recedentis, & subsistentis aut remanentis, nisi sola materia prima, quae sensibilis non est, & ita contigit etiam in ortu, & interitu animalis, quod idem sensibile non manet ut subiectum utriusque termini, hoc est, formae corporis, & animae, adveniente enim anima, corpus est subiectum, sed recedente, fit totum, & sola materia remanet subiectum formae mixti, ita respondet Zab. Vel tandem dicatur, Philosophum loqui de generatione totali compositi animati, sed hoc axioma in lib. de Gener. & Corrupt. ex professo exponimus disp. 5. cit. num. 32. vide ibi & Basilius 2. dist. 17. quae 1. ubi non tantum solvitur ratio, sed etiam allatae, sed etiam subtiliter retorquet ex compositione Metaph.

Postremo Ariag. cit. disp. 3. Phys. sed. 6. nempe hanc nostram sententiam impugnat, verum etiam irritat contra quem ferio agimus disp. citat. de Gener. & Corrupt. quae 3. art. 1. ubi fuisse eius dicatari, & argumentis occurrimus, quae non oportet hic repetere.

ARTICULUS II.

Resolutio quaest. de formis disparatis.

Dicendum est, quod licet naturaliter nequeant plures formae substantiales disparatae specie, vel numero diversae in eadem materia conjungi, possunt tamen de potentia Dei absoluta; Conclusio quoad primam partem colligitur ex Scot. 2. dist. 15. qu. unice. infra A. & licet probatione non egeat, suaderi tamen potest, quia naturaliter formae diversae, & disparatae diversae requirunt dispositiones, ac impossibiles, ergo naturaliter simul conjungi nequeunt, sicut neque earum dispositiones prerequisite, & in eufusioem formis naturaliter verum est generationem unius semper esse corruptionem alterius; Ceterum Ariag. cit. disp. 3. Phys. nu. 98. & 112. inquit hanc rationem non valere, quia opus non est, ut formae disparatae petant oppositas dispositiones, sufficit enim fit in ferro candente de facto reperiri simul formam ignis, & ferri, quod pluribus ibi probat, quod si hoc non admittatur, ait saltem non repugnare in rerum natura duas formas substantiales, quae non petant contrarias dispositiones, & impossibiles, posset enim esse forma substantialis media inter formam ignis, & ferri, quae cum forma ferri sit compositibilis, & sicut in aqua ferventi consistit cum eius forma calor intensus: cur non posset consistere alia forma substantialis eum calorem exigens pro dispositione? quare num. 113. concludit rationem huius impossibilitatis ex contrarietate dispositionum non esse desumendam, sed ex incapacitate materiae ratione suae virtutis limitatae, quae non potest duas formas substantiales, quae maximam dicunt perfectionem, simul fulminare; potest autem plures accidentales, quia haec non requirunt tantam virtutem, ut fulsentur, quantam substantiales, mox dicemus, potentiam materiae esse ad hanc, vel illam formam limitatam, unde cum unam recipit, adhuc retinet capacitatem ad aliam; tum quia saltem fit formae substantiales maiorem virtutem requirere in materia, ut fulsentur, quam accidentales, quia universaliter forma quo plus habet inherente, eo est maioris consistencie, & ideo maiorem requirit in subiecto virtutem, ut fulsentur: cum igitur accidentia minus, quam formae substantiales consistant, maiorem in materia requirunt virtutem sustentantiam, & formae substantiales minorem, unde argumentum potius est ad oppositum; retinenda itaque est ratio a nobis allata ex impossibilitate dispositionum deducta, quamvis enim non omnes formae contrarias petant dispositiones, eo tamen ipso quod sunt disparatae, adeo diversae petunt dispositiones, ut ea diversitas ad illam possibilitatem sufficiat, etiam si directe non repugnent, & ita docemur ex naturali rerum cursu, iuxta quem generatio unius est corruptio alterius; & omnino fallum est in ferro candente reperiri simul formam ignis, & ferri, ut ostendimus contra Aetium disp. 4. de Caelo quae 4. art. 3. ex quo loco dissolvi possunt quaeque hic afferunt Ariag. ad probandum oppositum; an vero dari possit forma illa media inter ignem, & ferrum, quae cum forma ferri sit compositibilis parum ad rem attinet; sufficit nobis secundum compositibilis, curiam talem formam non dari, quae sit cum alia compositibilis.

Quo ad alteram partem, in qua est tota difficultas, colligitur ex Scoto in 4. dist. 10. quae 1. sub P. ubi concedit, id fieri posse a Deo, quidquid ibi dicit Tatarus, neque in 2. responso ad idem argumentum revocat, quod dixerat in prima, sed inquit solum, ex casu ibi posito non equi, eandem materiam informari duabus formis disparatis. Hec est communior opinio, & probabilior; & probatur evidenti ratione, quia ut visum est disp. 2. quae 5. art. 3. licet sit ipsa potentia materiae, non tamen est limitata ad hanc, vel illam formam, sed indeterminata, & illimitata ad omnes, unde cum unam recipit, adhuc retinet capacitatem ad aliam, non tamen potest aliam simul, & semel recipere, quia naturaliter una forma disparata aliam expellit, ergo impeditur, cur materia non possit informari simul, & semel duabus formis disparatis, non oritur ex natura illius ab intrinseco, sed provenit ex parte formarum, quarum sicut effectus primarius est informare materiam, ita effectus secundarius est, unam expellere aliam, sive impedire naturaliter, ne alia informet simul cum ipsa, sed sic est, quod hic effectus secundarius impeditur potest a Deo.



Deo, sicut impediri potest in genere quantitates, ponendo duas quantitates in eodem loco, & in genere qualitatis, ponendo duo contraria in eodem subiecto, quia utrumque fieri potest ad Deo, ut suo loco dicemus, ergo poterunt aequé bene poni in materia duae formae disparatae.

Respondent aliqui, non quemcumque effectum secundarium formae posse divinus impediri, nam ad positivam entitatem lapidis sequitur necessario negatio compositionis alterius formae disparatae, sicut ad entitatem hominis sequitur necessario negatio animalitatis, atque ideò posita forma lapidis in materia, non poterit simul poni forma panis, cum forma lapidis secum deferat necessarium in eodem subiecto negationem formae panis. Negant etiam paritatem assumptam de duobus contrariis in eodem subiecto, & duobus corporibus in eodem loco, nam cum contrariae sint formae accidentales, & non dent esse simpliciter, sed secundum quid, non est inconveniens, quod idem sit in pluribus subiectum, ex hoc enim solvitur sequitur, quod idem sit in pluribus subiectis accidentibus, quod nec etiam naturaliter inconvenit, si sint accidentia disparata, & non opposita, ad positam in materia duabus formis substantialibus disparatis, idem esset simul, & semel in duplici specie essentiali, quod implicat.

65 Haec responsio nihil profusus valet, alioquin etiam probaret, duas formas accidentales disparatas, ut albedinem, & dulcedinem in eodem subiecto esse non posse, nam albedo secum deferat negationem quemcumque alterius formae, atque ita cum ipsa nulla forma consistere posset in eodem subiecto. Aliud igitur est loqui de negatione essendi alius, & de negatione essendi cum alio, quilibet forma in subiecto secum deferat necessarium, & inseparabiliter primam negationem, quia haec sequitur suam entitatem, per quam est talis forma, & non alia, & cum subiecto constituit tale compositum; & non aliud; Sed non deferat secum necessarium negationem essendi cum alio, alioquin quaecunque forma in quocunque subiecto esset incommensurabilis cum alia forma, quod patet esse falsum. Ita igitur in proposito forma lapidis in materia duplicem modò deferat negationem formae panis, nimirum negationem essendi illam, & negationem essendi cum illa, prima negatio ad Deo impediri non potest, nam fieri nequit ut entitas formae lapidis non sit distincta, & alia ab entitate formae panis, altera tamen negatio bene potest ad Deo impediri, quia consistit in expulsiõne, & actuali incommensurabilitate unius formae cum alia.

Paritas etiam in argumento assumpta de duobus contrariis in eodem subiecto, & corporibus in eodem loco omnino negari non potest, nam sicut expulsio contrariorum ab eodem subiecto, & quantitates ab eodem spatio est effectus secundarius illarum formarum, & ideò ad Deo impediibilis, ita etiam expulsio, & actuali incommensurabilitas formarum substantialium disparatarum in eadem materia est effectus secundarius illarum, & ad Deo impediibilis. Nec sequitur, idem esse in duplici specie essentiali, nam si eadem materia sit simul sub forma panis, & lapidis, ipsa semper foret in una dumtaxat specie sibi intrinseca, & essentiali, scilicet sub specie incompleta materiae, & reductivè tantum, ac extrinsece esset sub pluribus disparatis, scilicet lapidis, & auri, sicut substantia lactis est reductivè sub specie albedinis, & dulcedinis; si verò loquamur de supposito ex ipsa constituto, unumquodque esset in sua propria specie lapis sub specie lapidis intrinsece, & essentialiter, & panis sub specie panis.

66 In oppositum conatur Adversarii ostendere, id implicare, sed non omnes ex eodem capite implicantiam deducunt. Primo communiter ex eo capite deduci solet implicantia, quia ex tali conjunctione compositum inde resultans esset simul, & semel unum, & plura, specie, & numero, nam propter identitatem materiae, unum iudicari deberet, specie, & numero, specie quidem, quia materia non est minus pars essentialis compositi, quam forma, numero verò, quia s. Metaph. cap. 9. ea sunt unum numero, quorum materia est una; propter diversitatem verò formarum deberet dici plura numero, quare compositum illud esset veluti Chymera, & Hircocervus, quia nec propriè posset dici plura, nec propriè unum, quia duae formae completae non possunt per se unum constitutere.

Resp. nullam ex hoc sequi implicantiam, ex tali enim conjunctione constituerent simpliciter plura composita, & supposita inter se simpliciter distincta, ut colligitur ex Scoto cit. 2. dist. 15. quaest. unic. sub A. quia sicut de facto, quavis materia panis, & lapis fit eadem specie, non propterea lapis, & panis dicuntur eadem specie, quia identitas specificia attenditur solum penes integram rei essentialiam, non penes partem illius, aut si etiam penes partem attenditur, non attenditur penes partes determinabilem, & potentialem, qualis est materia, sed determinatam, & actualem, qualis est forma, huius enim propriè est consistere in specie, & specie distinguere unum constitutum ab alio, & sicut etiam de facto, quavis eadem numero materia transeat a forma aquae ad formam aeris, non ideo aer, & aqua dicuntur idem compositum numero ob identitatem materiae, sed adhuc dicuntur numero, & specie diversa ob solius formae diversitatem, ita etiam in casu nostro, quavis eadem foret materia utriusque compositi, scilicet panis, & lapidis, composita tamen forent inter se simpliciter diversa specie, & numero, & solum secundum quid eadem dici posset ob identitatem materiae; quando verò Philosoph. ait, illa esse eadem numero simpliciter, quorum materia est una, non loquitur de materia partis, sed de materia sumpta pro differentia

individuali; ut docet Scot. 2. dist. 3. quaest. 6. Q. R. quae in proposito essent diversa, nam unitas materiae partis non infert unitatem materiae totius, alioquin genitum deberet dici idem numero cum corrupto, cum habeat eandem numero materiam.

Hinc patet, Sghemmam loco citato minus rectè dicere, quòd tale constitutum esset simpliciter unum; Tum quia implicat, lignum, & aurum, hominem, & leonem esse simpliciter idem numero suppositum; Tum quia Scot. 2. dist. 15. inquit, quòd si essent plures formae elementares in eadem materia mixta, cum haec sint laepta natura completae, quaelibet constitueret proprium suppositum, & sic in mixto essent plura supposita; Tum quia ex Scoto 3. dist. 8. quaest. unic. & quat. 11. sub B. & alibi saepe, multiplicatio formae, & suppositi necessario multiplicat concreta, ergo cum haec adit multiplicatio formae, & suppositi, debent necessario multiplicari concreta, & licet adit unitas subiecti, hoc non refert, quia concreta substantialia sunt absoluta a subiecto, & solum connotativa respectu suppositi. Nec materia sic informatae esset Chymera, vel Hircocervus, haec enim sunt merè impossibilia, quia cogitantur velut composita per se resulantia ex duabus naturis completis, ut Hirco, & Cervi; quod implicat omnino, & in casu nostro composita, quae ferent, coalescerent ex naturis incompletis, scilicet materia, & forma, ex materia enim cum hac forma resularet unum per se compositum, & ex eadem cum alia disparata aliud quoque compositum disparatum.

67 Secundò, alii ex alio cap. implicantiam ostendunt, quia ex tali conjunctione sequeretur, duo supposita posse de se invicem dici, nam ideò dicitur, hoc album est dulce, quia duo accidentia sunt in eodem subiecto, scilicet in lacte, ergo si duae formae substantiales sunt in eadem materia, supposita inde resultantia, diceretur de se invicem, ut quòd lapis est panis, & contra, homo est alius, &c. supposito, quòd huiusmodi formae disparatae sint in eadem materia, & hoc implicat, quia de ratione suppositi est, esse incommunicabile ut quo, & ut quod.

Respond. negando consuetudinem, ad cuius probat. dicimus, diversam esse rationem de duabus formis accidentalibus in eodem subiecto, & duabus substantialibus in eadem materia, cum enim formae accidentales in subiecto eodem explicentur nominibus connotatis, ut patet de albedine, & dulcedine in lacte, consequenter in eis potest fieri mutua praedictio, ut quòd album est dulce, cum enim utroque nomine idem connotetur subiectum, consequenter etiam verum est dicere, quòd album est dulce, at forma substantialis in materia non explicatur nomine connotativo, & adiectivo tanto, sed absolute, & substantivè tanto, dicimus enim lapis, panis, alius, &c. quare si plures invenirentur in eadem materia, non posset fieri mutua praedictio, quòd si nominibus connotatis, & adiectivè tentis ipsae quoque explicarentur, ut dicendo, equinatum, impanatum, humanatum, &c. in hoc sensu fieri potest mutua praedictio, dicendo, humanatum est afinatum, sensus enim est, quòd subiectum informatum forma humana, est etiam informatum afinum, sicut & contra, si supposita accidentalia nominibus absolutis posent appellari, non posset utique fieri mutua praedictio, quia licet sit idem subiectum, quòd ascribitur albedine, & dulcedine, non tamen est idem compositum accidentale, quòd resultat ex lacte cum albedine, & ex eodem cum dulcedine.

Sed urges: Deus, & homo sunt nomina absoluta, & tamen quia sunt unitae istae duae naturae in eodem supposito, dicuntur de se invicem, ut patet in Christo, ergo pariter in proposito. Resp. negan. sequelam, quia haec nomina significantia naturas substantiales sunt absoluta subiecto, & connotativa respectu suppositi, unum cum in Christo fit unum, & idem suppositum utriusque naturae, valet mutua praedictio, & in casu nostro duo supposita forent, & ideò fieri non posset mutua praedictio, quia ut duae naturae essentialiter diversa praedicerentur de se invicem etiam in concreto, non sufficit habere eandem materiam, sed oportet, esse in eodem supposito.

Sed adhuc inlat. Fuentes cit. art. 1. in fine. ex hoc sequi, unum suppositum alteri supposito communicari, quia pars essentialis, & numerica unius, scilicet materiae, est actualis pars essentialis, Ref. negando, hinc sequi communicationem suppositi, nam etiam modo de facto materia unius suppositi est alteri communicabilis distinctum, nec propterea suppositum, cuius actu est pars, dicitur incommunicabile, quia aliud est loqui de supposito, aliud de partibus eius; suppositum enim est id, quòd dicitur alteri incommunicabile, non vero partes eius.

68 Tertio, Ex alio cap. alii huius conjunctionis repugnantiam ostendunt; nam si idem corpus humanum duabus animabus rationalibus informaretur, vel operante uno supposito aliud quoque operaretur, vel non, primum dicit non potest; tum quia forma est ratio, & principium actionis, cuius igitur sint diversae formae, poterit forma unius suppositi esse principium actionis in suo supposito, & non alia in suo, nec videtur unde peti debeat haec necessaria connexio operationum; tum quia si operante uno supposito, etiam necessario operaretur & aliud, neutrum erit agens liberum, & alterum saepe seipsum ager invicem quod repugnat rationali supposito. Sed neque potest dici secundum, cum enim major pars actionum humanarum sit organicæ, operante uno supposito, operabitur etiam & aliud, cum organum, per quòd exercetur, actio, sit commune utriusque hypothesei.

Deinde

Deinde adhuc major repugnantia apparet, si ponatur idem corpus informari anima ovis, & canis, nam vilio lupi, non potest determinatè dici, quid ageret, non persequeretur, vel fugeret; immo si idem corpus informaretur anima ovis, & lupi; explicari non potest, quomodo se haberent haec duo supposita in agendo; & adhuc incredibilia magis sequerentur; si idem corpus informaretur anima rationali, & brutali.

Resp. ex doctrina, quam tradit Scotus in 4. dist. 10. quaest. 2. infra R. loquens de corpore eodem in pluribus locis existente, quomodo se haberet in operando, & patiendo, quòd cum homo duo actionum genera exerecat, organicas, ut videre, audire, dormire, &c. & inorganicas, ut intelligere, & velle, dicendum est, quòd si idem corpus informaretur duobus formis humanis, ut v. gr. anima Francisci, & Antonii, quoad actiones inorganicas uno operante, non necessario operaretur & alter, quare Francisco considerante aliquòd objectum posset Antonius non illud considerare, sed aliud, praesertim in secunda motione, in qua non indiget anima phantasmatis tanta necessitate, ut in prima, quia ad considerationem requiritur attentio ex parte animae, quod attentio ut plurimum pendeat à voluntatis imperio, similiter posset Franciscus aliquòd objectum velle, & Antonius non velle, immo illud odire, & se posse unum mereri, alter demereri, unus esse doctus, alter ignarus. Quo autem ad operationes organicas, dicendum est, quòd vel illae duae animae sunt aequalis virtutis, vel inaequalis in movendo potentias exteriores per voluntatis imperium; si sunt inaequalis virtutis, itaut anima Francisci vincat in movendo potentias exteriores animam Antonii, tunc ambulantem Francisco, etiam Antonius ambulabit, licet invidiosus, ob resistentiam tamen factam à voluntate Antonii, Franciscus tardius ambulabit, & in hoc offendit Antonius propriam libertatem, nec ullum est inconveniens, quòd violentiam patiatur in adibus externis, quò enim ad huiusmodi actus imperatos concedunt omnes, voluntatem posse vim pati; si verò anima Francisci, & Antonii sunt aequalis virtutis, & unus ambulare velit, alter non, unus huc ambularet, alter illuc, tunc, ut ait Scot. cit. in simili, vel unus impediret alterum, vel ambo agent ad eundem effectum medium, & quòd dicitur de ambulatione, etiam de aliis operationibus externis, & organicis dici debet.

Ad Consequ. quando dicimus, eandem materiam posse pluribus formis specie disparatis informari, loquimur de formis inanimatis, quibus omnibus commune est idem specie subiectum, & perfectibile, & saepe saepius idem numero inaequales virtutis, neque enim corpus, quòd est aptum perfectibile per anima hominis, est aptum perfectibile per anima bruti, nec corpus perfectibile pro anima agni est aptum pro anima lupi, quia huiusmodi perfectibilia inter se specie distinguuntur, ut dicitur in lib. de Anim. unde repugnantia, cur corpus lupi non possit informari simili, & semel anima ovis, non solum ortum ducit ex repugnantia formarum adinvicem, quam Deus posset impedire in actu secundo, sed etiam ex incapacitate materiae, quae suapte natura determinata est ad illam formam specie. Sed si daretur hoc etiam fieri posse, ut concedunt Amicus, & Sghemma loc. cit. tunc considerandum esset, quae nam anima esset maioris virtutis in agendo, & dicendum, servata proportione, quòd nuper dicebamus de actionibus organicis Francisci, & Antonii, si informarent eorum animae eandem materiam.

69 Quarto ex alio cap. conatur Fuentes cit. num. 36. ostendere repugnantiam, pro qua ostendenda adducit doctrinam Scot. in 3. dist. 1. quaest. 2. 9. *Ad questionem. 10.* ubi docet implicare; quòd eadem natura humana triplici divina personalitate dependeat, quia in dependentibus essentialiter implicat, unum dependens a pluribus dependere, alioquin à singulari dependeret essentialiter, & totaliter, & non dependere; tum igitur una personalitas aequatè terminet dependentiam naturae in ratione communicabilis, non potest eadem natura simul alia personalitate personari; cum igitur in casu nostro (ubi inferit Fuentes) quavis forma fit completum principium, & totale informativum materiae, appetitum eius fatians, & aequatè actus implicabit, eandem materiam alia adaequata forma simul actuari, alias materia in informatione totaliter dependere, & non dependere.

Resp. negando paritatem, nam natura verè dependet ad suppositum in ratione communicabilis, sed materia non dependet à positio in materia pluribus formis, non sequitur, idem dependere a pluribus causis totalibus, cum materia secundum suam essentialitatem est, quaecunque forma, ut patet ex superioribus; Et prolius esse actum adaequatum eius, cum omnes oppositum doceant, praeb. B. & alibi saepe.

Sed inlat Fuentes num. 37. non ob stare, quòd forma non est materia, sed composita, quia neque substantia dat esse materia, sed supposito, & tamen secundum Doctorem nequeunt tres substantiae eandem numero naturam terminare. Rursus materia exiit completè ratione formae, nam quavis habeat suum primum actum, completè tamen non existit sine forma, ergo saltem quantum ad huac effectum existentiam completè, & formaliter, dependere totaliter ab una

forma, & non dependeret totaliter, quòd implicat. Resp. hunc Auditorum secum pugnat, nam paritatem de forma respectu materiae, & substantia respectu naturae, quam tenere contendit num. 27. negat postea nu. 42. ubi docet ex Doctore, suppositum se habere ut causam respectu naturarum, & ideò tres substantias eandem naturam terminare non posse, sed non ita se habere formam respectu materiae, & si natura nullum modo dependet à supposito; iam argumentum Doctoris vanaum profusus est. Ex eo ex quòd materia existat completè, & formaliter ratione formae, non sequitur ob id, unum, & eundem effectum à pluribus causis totalibus dependere, si pluribus formis simul informaretur, quia tunc materia non haberet unam tantum existentiam formalem, sed tot, quot formas haberet, & unaquaeque formalis existentia, quae est materia extrinseca, penderet totaliter à sua propria forma.

70 Quintò objicitur, Tum quia si materia posset suscipere duas formas disparatas simul; vel talis potentia esset naturalis, vel obedientialis; non primum, quia tunc naturaliter posset plures obediere formas; neque secundum, quia potentia dicitur obediens in ordine ad agens, non in ordine ad formam; Tum secundo, quia si potest simul duas recipere formas, ergo pari ratione tres, quatuor, & infinitas, quòd infinitum argueret perfectionem in materia; Tum tertio, quia ex duobus entibus in actu completo non fit unum per se, ergo materia in materia duabus formis disparatis non constitueret cum eis duo entia per se, nec unum per se, fed tantum unum per accidens; Tum denique quia non potest eadem forma simul informare plures materias, ut dicemus qu. seq. ergo nec eadem materia pluribus formis.

Resp. ad primum potentiam materiae in ordine ad formas disparatas esse naturalem, quia ab illis etiam simul suapte natura nata est perfecti, & quòd simul non perficiatur, non est ex materiae incapacitate, sed ex formarum incommensurabilitate; in ordine verò ad agens est obedientialis, quia talis potentia simulatis non potest ad actum reduci, nisi ab agente supernaturali, quòd solum vincere potest actualem repugnantiam unius formae cum alia. Ad secundum conceditur sequela de infinitis formis in potentia, hoc est, non tot, quin pluribus, & negatur, hoc arguere infinitam perfectionem in materia, quia potentia passiva à toto genere nullam dicit perfectionem, ut Scot. docet in 3. dist. 14. quaest. 2. in fine. Ad tertium concessio antecedente, negatur consequentia, quia in casu nullum ens completum alteri unitur, ut ab illo perficiatur, quia neutra forma recipit aliam, sed unaquaeque recipitur immediate in materia, & cum ea constituit unum ens completum, unde resultans duo entia completa per se, nec ullum hic intervencit ens per accidens, sed ad summam erunt duae formae per accidens unitae, seu conjunctae in eadem materia. Ad quartum negatur paritas, & rationem disparitatis à signumus qu. seq.

71 Postremò Compl. cit. cum aliis Thomisticis sic argunt: effectus formae secundariae est ad Deo indispensabilis, sicut primarius; nam habet cum primario tam intimam connexionem, ut non foret primarius, nisi subsequatur secundarius, non enim ob aliud privatio vitae intimae, & indispensabiliter sequitur ad formam cadaveris, nisi quia si semel non sequeveretur, non daret primarium effectum, scilicet esse cadaveris; implicat enim idem esse vivum, & vita privatum. Confir. quia de ratione formae substantialis, ut actus primus, est quòd componat unum per se, & det primum esse, seu esse simpliciter, sed nisi subsequatur effectus secundarius, scilicet expulsio praexistentis formae, non posset forma duo illa praehare, quae speant ad effectum primarium, ergo effectus secundarius est cum primo indispensabiliter connexus, Probatum minor, quia enim materia per primam formam est in actu, non potest cum sequenti unum per se constitutere, nisi prior expellatur; quòd enim advenit enim in actu completo, non facit unum per se cum eo, & cum per illam formam habeat jam materia esse simpliciter, & primum, non potest aliud esse simpliciter à sequenti recipere, nisi prior expellatur; illud enim unicum est, cum illius rei unicum sit esse simpliciter, & completum.

Resp. negando assumptum, Ad probat. dicimus, in viventis intentu nullam formam cadaveris de novo gigni animae incommensurabilem, sed solum corporale formam remaneret sine anima; quòd si daretur haec forma cadaveris, tunc negandum esset, quòd non fit compossibilis cum anima in eadem materia de potentia Dei absoluta, nec sequitur, idem tunc futurum simul vivum, & mortuum, quia, ut diximus, ex talibus formis disparatis cum materia coalescerent diversa simpliciter composita, non unum; & quando etiam concederetur, has duas esse profusus incommensurabiles ob specialem oppositionem inter eas verlatem, non ideo idem quoque de caeteris asserendum est, quia in eis non talis oppositio reperitur. Ad Confir. neg. minor. Ad probat. dicimus, etiam formam posteriorem constituere cum materia, in qua manet adhuc prior, unum per se, quia forma posterior non recipitur in toto constituto ex priori cum materia, sed in eadem materia immediate, unde resultat novum ens completum à priori diversum, & quavis unius rei unicum sit esse simpliciter, & completum, quando hoc est ei intrinsecum, & essentialiter, non tamen quando est extrinsecum, & adventitium, sicut est esse simpliciter, & substantiale, quòd forma materiae tribuit.